



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1868**

De S. Ansilione Mon. Conf. Latiniaci In Diœcesi Parisieni Sylloge E  
Martyrologio Parisiensi et aliis Fastis sacris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71246)

Ex J. CAPRA-  
vio.

k *Factum illud iisdem fere verbis venerabilis Bedae lib. 4, cap. 7 etiam refert.*

l *Rem hanc venerabilis Historicus sic narrat: Quaedam ex eisdem ancillis Dei cum praefato tacta morbo, atque ad extrema esset perducta, cepit subito circa mediam noctem clamare his, qui sibi ministrabant, petens ut lucernam, quae inibi accensa erat, extinguere. Quod cum frequenti voce repeteret, nec tamen ei aliquis obtemperaret, ad extremum intulit: scio quod me haec insana mente loqui arbitrari, sed jam nunc non ita esse cognoscite. Nam vere dico vobis, quod domum hanc tanta luce impletam esse perspicio, ut vestra illa lucerna mihi omnibus modis esse videatur obscura. Et quum ne adhuc quidem illi talia loquenti quisdam responderet, vel assensum praerberet, iterum dixit, accendite ergo lucernam illam quamdiu vultis. Attamen scitote, quia non est mea lux: nam mea lux, incipiente aurora mihi adventura est. Coepitque narrare quia apparue-*

rit sibi vir Dei quidam, qui eodem anno fuerat defunctus, dicens, quod adveniente diluculo perennem esset exitura ad lucem. Cujus veritas visionis ita circa exortum diei puellae morte probata est.

m *De S. Theoritgida seu Torgitha in nostro Opere ad diem 26 Januarii, quo colitur, actum est.*

n *De hac, et quae numero sequenti refertur, Danorum incursione silet Beda, nec mirum, cum haec Angliae per Danos vastationes anno 793, quo tempore venerabilis scriptor haud amplius in vivis erat, utpote qui anno 734 ea hac vita migrarat, primum contigisse scriptores tradant.*

o *De hac Sancta in nostro Opere ad diem 9 Septembris, quo colitur, actum est.*

p *Pro his vinculis consule in nostro Opere ad diem 1 Octobris Annotata in S. Bavonis Miracula pag. 303 lit. f.*

q *Epistola B. Pauli ad Corinthios 2, cap. 6.*

B

## DE S. ANSILIONE MON. CONF.

E

LATINIACI IN DIOECESI PARIENSI

C. E.

## SYLLOGE

## E Martyrologio Parisiensi et aliis Fastis sacris.

SUB SEC. VII FINEM  
Latiniaci, cuius hic datur notitia, monachum egisse Sanctus

Latiniacum, qui locus in pagno Briegio ad Matronam fluvium sex supra Lutetiam Parisiorum leucis positus erat, Erchinoaldus, majordomus in Gallia seu, ut etiam vocatur, Francorum patricius S. Furseo, seculo VII media sui parte nondum elapso, concessit, hincque ibidem, uti ex Opere nostro ad XVI, quo S. Furseus colitur, Januarii diem et a Gallia Christ. aucta tom. 7, col. 490 intelligitur, monasterium, quod hodieque a loco illo Latiniacum nuncupatur, extruxit. In sacro isthoc asceterio, quod et oppidum homonymum sibi habet adjectum, et ad dioecesim Parisiensem Ordinemque S. Benedicti modo spectat, monachum primo ac dein etiam Priorem egisse existimatur, de quo hic nobis agendum, S. Ansilio, aut, ut etiam appellatus invenitur, Ansilo seu Ansilio. Ita scilicet opinari me facit Parisiense, quod anno 1727 typis Parisiensibus prodit, Martyrologium, utpote hodie nostrum istum sanctum sequentibus hisce annuntians verbis: Apud Latiniacum S. Ansilionis, illius cenobii monachi et postea Prioris. Nullum quidem, quo vel utcumque, quae annuntiatio isthaec insinuat, confirmari queant, monumentum antiquum inventio; verum nullum etiam, quo convellantur, occurrit.

in Mri. Parisiensi, nec, ut apparet,

2 Adhuc, cum ii, qui Martyrologium Parisiense condidere, Latiniaco certe haud procul abfuerint facileque adeo in res, ad Ansilionem spectantes, inquirere potuerint verosimillime, quae de hoc in modo huc transcripta annuntiatione produnt, e sinceris probisque notitiis, a monasterio illo sibi ministratis, didicerint, cum autem sic habeat,

est sane, cur a nobis Ansilio Latiniaci primo monachum ac dein Priorem etiam egisse, imo et sub seculo VII finem, uti insuper Martyrologium Parisiense laudatum, apposita in margine notula, indicat, vivere desisses, Martyrologii ejusdem auctoritate ac fide existimetur. Latiniacenses quidem, de S. Ansilione cultuque ejus ac reliquiis sub seculo proxime elapsi finem, Papebrochio nostro curante, interrogati, aliunde hasce ad se, unde sanctum Latiniaci non egisse monachum non nemo forsitan arguat, fuisse aliquando allatas, insinuasce videntur ex iis, quae, ut post videbimus, laudatus Papebrochius ad secundam Junii diem in Praetermissis de S. Ansilione aliisque aliquot Sanctis loquens, scribit: verum cum chartas, quae, quid credendum de S. Ansilionis reliquiis esset, docere potuissent, fuisse simul cum hisce a Calvinistis exustas, addiderint illasque adeo legere haud poterint, dubitari non immerito potest, an probe, quid in iisdem contineretur, habuerint perspectum ac proin an de S. Ansilionis reliquiis insinuando, quod dixi, a veritate haud aberrarint.

3 Saussayus quidem de Ansilione iisdemque, de quibus loco mox cit. Papebrochius, Sanctis in Martyrologio suo Gallicano ad secundam Junii diem sequentibus hisce verbis, In Latiniacensi cenobio agri Parisiensis susceptio sanctarum reliquiarum unius sanctorum Innocentium et beatorum confessorum Deodati episcopi, Maldegarii, Fulberti, Ansilionis et Lauberti, sermonem instituit, sicque et ipsi, Ansilionis seu Ansilionis reliquias Latiniacum fuisse aliunde allatas, insinuat. Verum quae hic

perperam, traditur,

A hic a Saussayo reliquiarum susceptio, a Wiono et in Molani ad Usuardum anni 1583 Additionibus translatio vocatur, huicque, etsi etiam reliquiae illae non aliunde Latiniacum, sed ibi dumtaxat e loco minus honesto ad honestiorem fuissent delatae, futurum fuisse locum, nemo ibi inficias. Adhuc fieri potest, ut, quamvis Ansilio Vitam monasticam Latiniaci egerit, alibi tamen, unde post sacrae ejus exuviae Latiniacum fuerint translatae, vita functus ac sepulturam sit adeptus; ut ex hisce, quae aliunde fuissent ad monasterium Latiniacense translatae, monachum in hoc non eisse Ansilionem, inferri contra Martyrologium Parisiense haud queat.

Ibidemque religiose aliquando servatus

4 Quod si tamen, contra ac in Martyrologio isthoc traditur, vere forsitan Sanctus, quem hodie in Martyrologio suo universali Castellanus ac ad secundam Junii diem in hagiologiis suis monasticis Wionus et Dorganus, loco, ubi monachum egerit, haud expresso, monachum appellant, in monasterio, quod a Latiniacensi esset diversum, Vitam monasticam duxerit, Latiniaci equidem sacras ejus exuvias, utut eo forsitan aliunde allatas, fuisse aliquando asservatas, quisque facile e modo dictis colliget ac porro e jam nunc dicendis patescet. S. Ansilionis seu Ansilionis aliorumque aliquot Sanctorum in monasterio Latiniaco translatio ad secundam Junii diem in Molani ad Usuardum anni 1583 Additionibus, minori caractere exaratis, signatur idemque a Wiono, qui Ansilionem aliosque duos e Sanctis illis existisse monachos, adjungit, in Martyrologio monastico etiam fit; verum, cum Menardus ejusdem cum Latiniacensibus Benedictini Ordinis monachus, Parisiis ac proin sex dumtaxat a Latiniaco leucis scribens nec Sanctorum is-

torum, nec vel solius etiam Ansilionis usquam meminerit, ac praeterea eosdem minori caractere, quasi inter Praetermissos, Saussayus, qui tamen et ipse Parisiis degens in res, ad Ansilionem reliquosque e dictis Sanctis spectantes, inquirere facillime potuisset, per verba supra huc transcripta commemoret, haud immerito sane dubitari potest, tum an cultu ecclesiastico Latiniaci gaudeant, tum an ibi unquam translatae ac proin et asservatae fuerint eorum reliquiae.

5 Vidit id Papebrochius, nihilque idcirco certi, nisi melius ante rem totam edoctus, pronuntiare audens, studiose in hanc apud Latiniacenses inquire curavit sicque, uti ipsemet Operis nostri tom. I Junii pag. 157 in Praetermissis docet, dictorum Sanctorum ac nominatim S. Ansilionis reliquias, Latiniaci olim servatas, sed a Calvinistis simul cum chartis, docturis unde et quando vel quomodo allatae illo essent, exustas fuisse, intellexit. Adhuc singulorum nihilominus Sanctorum istorum festa diebus, quos assignat, Latiniaci quotannis coli, simul etiam didicit; quare, cum ipsammet hodiernam seu XI, qua etiam non tantum in Parisiensi, sed et in universali Castellani Martyrologio Ansilio signatur, Octobris diem annuo ejus apud Latiniacenses festo mox assignet, nec quin id apud hosce immemorabili ante annum 1634 tempore, et quidem non interrupte, celebratum constanter fuerit, dubitandum ullo modo appareat, non potui, quin hic illum, sub septimi, ut puto, seculi finem cum Parisiensi, a quo Castellanus, utpote sec. VIII Ansilionem innectens, haud multum abludivit, Martyrologio consignandum, in Opus nostrum inferrem, etsi interim universa propemodum, quae ad eundem spectant, in obscuro penitus sint.

AUCRONE  
C. B.

esto annuo, et  
quidem anti-  
quitus colitur.

## DE S. PALDONE ABBATE

S. VINCENTII AD VULTURNUM IN ITALIA

### COMMENTARIUS PRAEVIUS

J. B. F.

C Asserta Sancti appellatio : patria : S. Vincentii cenobii aedificatio : Vita edenda.

ANNO DCCXX.  
Titulus sancti-  
tatis assertitur  
Paldoni,

Celeberrimum quondam S. Vincentii monasterium Ordinis S. Benedicti ad Vulturum fluminis fontem, in Beneventana provincia, Guilielmus Cuperus tomo IV Julii ad diem XIX pag. 646, in Commentario praevio ad Acta S. Ambrosii Autperti, dicti cenobii abbatis, descripsit. Illustrium hanc olim virorum palastram S. Paldo, ipsiusque sanguinei Taso et Tato (qui duo fratres erant) aedificaverunt, et illos inter Paldo, quo de hic agimus, primus abbas constitutus tam strenue certavit, ut ab antiquo ipsius biographo Petro presbytero, ejusdemque cenobii anno 739 monacho, Sancti titulo condecoretur, quo etiam titulo Carolus Magnus in suo diplomate, auctor Vitae S. Thomae abbatis Farfensis, Mabillonius in Actis SS. Ord. S. Benedicti, et

Ughellus in Italia sacra ipsum honorant. Beati nostri Abbatis in duobus Sanctorum Catalogis apud Ferrarium honorifica est memoria, ipsumque Marius de Vipera in Appendice ad Catalogum Sanctorum, quos Beneventana ecclesia colit, sequenti elogio celebrat: Sanctus Paldo nobilis Beneventanus unacum Tatone, et Tasone suis fratribus, relictis parentibus, et facultatibus, peregrinationeque suscepta in Marsorum fines ad Thomam abbatem venit, cujus persuasus in quendam Samnii solitudinem apud Vulturum fluminis ortum se recepit, ubi ecclesiam cum cenobio nomine sancti Vincentii extruxit (cui postea a Longobardis principibus, ob monachorum sanctitatem, plurima per circuitum praedia attributa sunt) cum fratribus, et aliis, qui se illis in dies instruendos trahebant,